

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO JURIDICA

QVA

# THESES

E

DIVERSIS JURIS CAPITIBVS

SELECTAE

DIVINO FAVENTE NUMINE

IN

*INCLYTA ACADEMIA VITENBERGENSI*

*PRÆSIDE*

GODOF. REINOLDO KOESELISIO

J. V. ET PHIL. D. TIT. II. DE VERB. SIGN

ET REG. JUR. PROF. PVBL

*AD D. XV. MART. MDCCXXVII*

IN AUDITORIO JCTORVM

HORIS CONSUVETIS

*PVBLICE PROPONVNTVR*

A

IOANNE GEORGIO MAY

GORLICENSI

---

*VITENBERGAE LITERIS VIDVAE GERDESIAE*

diss. A

8a

37 A 18818 P

DISSERTATIO JURIDICA

DE

# THESES

OTERRIS JARIS CARIBAS

SILECIAT

CAVINO LITTE KAMME

AMENIA NORCEM MTEBERGENSI

P. M. 1770

GOOGE RINGE DO KOPPELLINO

AN ET PHIL. D. TIT. VERB. SIGN.



IN A. D. L. O. R. I. O. P. O. T. O. R. A. M.

1770

JOHANNES GEORGIO MAY

ORDINARI

NITENBERGAE LITTE. MED. A. G. E. R. D. E. S. I. E.



Q. D. B. V

THEESIS I

**I**nstitutiones non derogant Pandectis.

II

**A**uthenticis, in quibus luculenter patet, concinnatorem earum, mores sui temporis iisdem inferuisse, authoritas, præ Nouellis, tribuenda est. Exemplo esse potest, *Auth. Bona damnat. C. de Bon. Proscript.*

III

**I**n Jure Justiniano non dantur antinomix; nisi apparenter tales.

A 2

IV.

#### IV

**I**ustitia non tantum Particularis, sed Vniuersalis quoque, est finis Jurisprudentiæ nostræ.

#### V

**A**d justitiam commutatiuam pertinent etiam delicta.

#### VI

**I**us naturale, licet immutabile sit, §. II. *Inst. de I. N. G. & C.* mutationem tamen *interpretatiuam* admittit, uel *ad Jus Naturale aliud*, quando u. c. inferius præceptum Juris Naturalis superiori cedit: uel *ad Jus Ciuile*, comparatam, quatenus scilicet Jus Ciuile non adsistit Naturali. *L. 6. ff. de I. & I.*

#### VII

**D**atur omnino Jus Gentium, a *Jure Naturæ* realiter distinctum, adeoque proprium ac peculiare.

VIII

**I**us Gentium a Jure Naturæ in eo distinctam  
habet naturam, quod *illud* utilitate solum  
& necessitate; *hoc* uero ipsa honestate & æ-  
quitate nitatur.

IX

**T**ot sunt jura Ciuilia, quot sunt ciuitates &  
Respublicæ: Jus autem *Justinianæum*  
*κατ' ἐξοχὴν* dicitur Jus *Ciuile*. §. 2. *Inst. de F.*  
*N. G. & C.*

X

**I**n quibusdam recte fit argumentatio a seruis  
Romanis ad nostros homines proprios: Sic-  
uti & a Liberto Romano ad nostros Vasallos:  
Et a patrono ad Dominum sæpius argumentari  
licet. *Conf. EUERHARDUS in Loc. Argum. Legal.*

A 3

Pro.

XI

**P**robabile est : DEUM *Leuit. cap. XVIII. iunct. cap. XX.* In coniunctionibus, non gradus, sed personas, prohibuisse. Exceptio est in ascendentibus & descendentibus.

XII

**L**egitimi per subsequens matrimonium, de consuetudine, etiam in Feudis succedunt: Secus est de Jure Feudali. *ll. Feud. 26. §. Naturales.*

XIII

**L**egitimatio per Rescriptum Principis, patre petente, etiam extantibus liberis, iisque legitime natis, fieri potest, ad effectum succedendi cum legitimis; modo his salua maneat legitima. *Arg. l. 32. C. de Inoffic. testam.*

XIV

**T**utor Testamentarius, propter defectum quendam confirmatus, Dativus simul est.

XV.

## XV

**P**ontifex *Cap. ult. X. de Praescript.* in decisione quaestionis: An in usucapionibus semper b. f. requiratur? adhibita ratione, quod, *quicquid non ex fide, peccatum sit*, salvo dicto Paulino, usus est.

## XVI

**S**upellex literaria, siue Bibliotheca, quam filiusfamil. pecunia patris, comparavit, recte ad illius peculium quasi Castrense refertur.

## XVII

**N**on dantur Actiones mixtae, nisi intuitu uel *Subjecti*, uel *Objecti*, tales.

## XIX

**I**n foro Contractus, actio, ex illius obligatione descendens, Jure Civili, institui potest, siue reus ibi reperiatur, siue minus. *Arg. l. 19. §. 1. ff. de Judic. Nou. 96. c. 1. §. 1.* Jure Canonico & hodie-  
no

no autem, citatus absens, inuitus comparere non cogitur. C. 1. §. *Contrahentes de For. Comp. in 6to.*

## XX

**I**ure Saxonico, in linea Collaterali, ius repræsentationis non obtinere, *arg. l. 2. R. 17. P. 3. C. El. 18. §. ult.* uerum est in allodio; fallit autem in Feudo, quippe in quo Jure Saxonico, tam communi, quam Electorali, P. 3. *Const. El. 29.* juri repræsentationis omnino locus est; quamuis literis inuestituræ inserta fuerit clausula: *secundum proximitatem gradus, nach rechter Sipzabl.*

## XXI

**A**d successionem Feudi fœminei, uel etiam ex pacto, fœminæ quidem admittuntur; sed a successionem in Feudis hereditariis plane excludendæ sunt. *Conf. CARPZ. 3. 28. 10. & II.*

## XXII

**S**uperioritas Territorialis, Ordinibus Imperii jure proprio, pedetentim quæsito, competit. §. *Gaudeant. 2. Art. VIII. 7. P. VV.*

## XXIII

**S**uperioritas Territorialis, ex ipsa sui natura, duabus partibus absoluitur, scil. (1.) potestate circa *sacra*, & (2.) potestate circa *secularia*.

T A N T V M.

*Coll. diss. A. 188, misc. 8. a*